

five *Scripta in I. et II. Librum Sententiar. Petri Lombardi* prae-missis Indicibus. Titulus et initium est: *Incipit primum super sententiis fratris thome. Ego sapientia effudi flumina, ego quasi trames &c.* Prout habetur in *Edit. Job. Nicolai Opp. T. VII. Paris. 1660.* f. ordine tamen antiquo, quem mutavit Editor, ut notavit p. 3. ad marg. Itaque sub finem *Περίοδου*, quae interjacet in *Codice* nostro inter verba: *sed de bono quod adjungitur culpae*, et: *Videtur inconvenienter ordinasse &c.* et 12. linear. est, apud illum, ut *Expositionem Textus*, quare p. 412. *Fol. 98. Incipit liber secundus.* Ita: *Spiritus eius ornavit celos et obstetricante manu eius &c.* Ut edit. cit. T. VIII. Finis, ut ibi: *et regnum non corrumpetur. In secula seculorum. Amen.*

Pagg. ult. inter varia Adnotata partim extrita, partim improbe scribillata comparent Libri multi Religiosis variis v. g. *F. Mathiolo, Bonaccursio, Antonio de Parma &c.* aut concessi, aut mutuo dati, aut venditi. Memoratur item *Aegidius Prior*, unde Codicem e quodam Ord. Praed. Conventu *Italico* evasisse putem.

CCCCXCVI.

U. 301 Codex membraneus lat. Sec. XIII. exeunt. Folior. 86. f. per duas columnas nitide, sed superiore minutius exaratus, minio distinctus, et Collegio Ducali supremis *M. Nic. de Dünkelspühl* tabulis transcriptus complectitur fo-

lum Ejusdem *Thomae Scriptum in I. Sententiarum*, ut supra. *Fol. 5. p. 2.* notatur deesse *Dist. II. Articulus III.* at is subpletur ad calcem Operis *fol. 82.* Sub finem legitur eadem *Περίοδου*, quam supra dixi quaerendam p. *Edit. 412.* Codicem Elenchus *Distinctionum et Quaestionum* terminat.

CCCCXCVII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 304 XIV. Folior. 255. f. maj. per duas columnas caractere nitido, atro perscriptus, coloribus distinctus, et olim a *M. Thoma de Haselbach* cum tot aliis legatus Collegio hujati Ducali est Ejusdem *Scriptum in IV. Librum Sententiarum.* Initium est: *Misit uerbum suum et sanavit eos &c.* Ut *Edit. supracit. T. X.* commutato tamen aliquantum ordine, ut etiam supra observatum est. Commentarius integer definit, ut in *Editis: ad quem omnia ordinantur. cui est honor et gloria in sec. seculor. Amen. Explicit III^{ra} sententiarum secundum fratrem thomam de aquino. ordinis predicatorum.* Sequitur Tabula *Distinctionum et Quaestionum* tribus columnis. *Pag. ult.* adlita sunt ejusdem aevi manu Initium *Sermonis* in illud *Job. XIII. Si non laveris te &c.* ad *kariissimos quosdam et reuerendos Dominos*, ut puto, in *Coena Domini*, et initium *Tabulae alphabeticae* in *Rubricas Decretalium.* Ad compingendum vero Codicem serviunt Membranae vetustae Operis cujusdam *Rabbinici* caractere hispanico